tur (*sic*) obsequium præstare Deo, adversus apertam impietatem et totum inferorum regnum à dextris et à sinistris. Nihil huc pertinent rationis ac sensus humani argutiæ, quibus eos probat mundus quos haberi velit doctores, nihil item humana industria, humana opera, denique quicquid est humanarum virium. Spiritus vel solus desyderatur, qui fornacem prestat, accendit, in quam insiliant omni ex parte mundi procelle ac turbines; hac *probat Spiritus quos delegit suo ministerio doctores*⁵, quæ pacem sub cruce, regnum inter confertissimas hostium acies, tranquillitatem inter seviss[imas] procellas, in morte vitam, in inferno quietem, et, ut semel dicam, sub onere omnium malorum et omnium bonorum privatione. omnium bonorum abundantiam et omnium malorum privationem, in admirabili osculo peccati et justitiæ, belli et pacis, mortis et vitæ, inferni et paradysi, damnationis et salutis, maledictionis et benedictionis, pollicetur. Et ad hoc quis idoneus? Ne arroget sibi hoc, quidquid demum est muneris, cui mediocris eruditio et minor fidei virtus contigerit!

*Scribis tamen, pro zelo in Christum, ut, affixis e doctrina Christi sententiis, adoriar Parisinos doctores*⁶, quorum calculis adcedunt prope innumeri, unus et quidem orbi obscurus, plurimis et iis quos inter primos habet mundus obnitar ceu æneus murus! *Sed non est hoc, ut probe nosti, volentis currentisre, sed mittentis Dei.* Messem quidem apud nos multam esse, ut non ignoro, ita a Christo edoctus sum, ne quis se ingerat, sed exorandum dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Quid, *si tempus evangelicæ messis, pro divina electione et a summo illo justitiæ sole effuso ardore, apud vos instet, non etiam apud nos?* Sane, quod tot nacti sitis operarios, quod tam copiosa fruges in Domini horreum redeat, et hoc ferme in momento temporis, nullus prudens ascripserit hominibus. Nusquam certius appendi potest missus esse à Deo servus, quàm si nihil veritus Inferi portas, invictus agat Domini munus, copiosusque inde prodeat fructus, quod in vobis fieri audio, cum in nobis contra eveniat. Nam cum habeantur quàm plurimi Evangelii hostes, *pauci occurrunt qui probe sentiant, et hi quoque in angulo delitescunt, aut si quando parent, frigidius agunt quàm deceat, ac sic temperant negocium, ne ferre Christi crucem*

⁵ V. la lettre précédente, où il insinue à Farel qu'il pourrait bien s'être ingéré dans le ministère, sans attendre l'impulsion de l'Esprit.

⁶ C'était la quatrième fois que Roussel était sollicité à défier les docteurs de Sorbonne. Voyez le N° précédent, note 2.

adigantur ⁷. Neque hec adfero, quòd detrectem provinciam, quam meis impositam humeris contenditis vestris exhortationibus, sed quòd cupiam per vestras preces à Deo vocante erudiri, firmari, consolidari. Quæ ferenda sunt in hac exercenda provincia videor mihi in numero habere, cum integer fermè *Senatus* à parte stet opposita ⁸.

Ceterùm *arma Christiane militie* potentia per Deum, ad demoliendum quidquid adversus illum munitum fuerit, ad evertenda consilia et omnem altitudinem erigentem se adversus cognitionem Dei : quæ *si semel*, per vestras orationes ad Deum, *inheserint mihi, non est ut metuam hominum larvas, Antichristi regnum cum suis infulis ac scholis*, quæ, pro humanis traditionibus, quibus se aliis preferant, magno coram Deo merito, dense digladiantur, ac novas semper adveniunt, novas sectas, novos cultus, de quibus ne tantillum meminit Scriptura, — cum interim non videant de se, horrendo Dei judicio, proferri : « Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. » In tumultibus quibus hodie mundus cooritur adversus profectum Evangelii, ut non oportet animum despondere, ita nec quempiam convenit suis fidere viribus, sed ab ipsius auxilio toti pendere debemus, cujus opera in nullis periculis defutura est; si modò non desit fiducia, si precibus ex animo fuis imploremus illius opem, fieri nequit, quin animis luce Spiritus perfusis admodum displiceant blasphemias quas evomunt qui apud nos magni haberi volunt et vocari Rabbi ⁹, dum consuetudini et humanis decretis patrocinantur adversus verbum Dei. Sed quid si nobis dixerit Christus : « Sinite, ceci sunt et duces cecorum, » si declinandi pro tempore, ad Christi prescriptum, ne deterius habeant ? Doceri nolunt, ut emendentur, sed cum sint cecis ceciorem, accepta ferula, alios erudire volunt, ac omnium se esse censores asserunt, homines nimirum impudentissimi.

Ceterùm, quòd promiscuum vulgus horum larvis seducatur, ac

⁷ Deux ans plus tard *Pierre Toussain* se plaignait dans les termes suivants du peu de courage de *Le Fèvre* et de *Roussel* : « *Fabrum* sum allocutus et *Rufum*; sed certe *Faber* nihil habet animi. Deus confirmet eum et corroboret! Sint sapientes, quantum velint; expectent, differant et dissimulent; non poterit predicari *Evangelium absque cruce!* » (V. la lettre du 26 juillet 1526.)

⁸ Roussel a déjà affirmé plus haut (p. 234) que la Sorbonne pouvait compter sur l'appui du Parlement tout entier.

⁹ Les docteurs de Sorbonne.

dimisso fonte aquæ vivæ ablegetur in cisternas dissipatas, quæ nequeant aquas continere, male habet Christianorum fidem juxtâ ac charitatem. Hoc ferre non potest fides, nec dissimulare charitas, sed urget, ut perinde obsistatur in faciem, ac obstitit *Symoni Mago* Apostolus. Porrò viam qua ipsis occurratur, preclusisse nobis, opinor, sibi bellè persuadet astutus demon; nam *imprimendâ opusculis*, si quæ donarit Deus in profectum aliorum, *nullus patet accessus*, quòd publico edicto *Parisini Senatus*¹⁰ cautum sit, ne libri evulgentur non antea per doctores et senatorii ordinis viros excussi. Dissertationes nec ipsi recipiunt, nisi quas suis sanxere institutis, iisdemque in eminentiori pulpito presides agentibus, ut demum multa Spiritus prudentia opus sit, quâ astutia demonis eludatur. Reclamabunt *episcopi*, reclamabunt *doctores*, reclamabunt *scholæ*, assentiente populo, occurret *Senatus*. *Quid faciet homuncio adversus tot leones?* Ne memorem periculum esse apud nostros qui vanis assueti sunt argutiis, ne doctrina Christi in disputationem adducta periclitetur, ut olim. Sed, ut cœpi dicere, non scribo ista quòd non facilè in vestram descendam sententiam, quam, arbitror, suggestit Spiritus quo duce agimini, sed *cupio per vos plenius instrui, immò potius per Deum*, quem mihi propitium fieri per vestras preces tam desydero, ut qui maxime.

Ad extremum, nisi subvererer importunior videri et curiosorum magis affectator quàm eorum quæ edificant, postularem tuum de limbo Patrum iudicium, de quo nihil memini in Scripturis legisse, itemque de parvulis citra baptismi gratiam decedentibus, quòd audiam quendam apud vos esse qui baptismum ad annos discretionis differendum scribat¹¹. Boni consules, si pluribus apud te egerim quàm oportuit, ac istud donabis amori quo in te afficior. Salutat te in Christo *noster Faber*¹², qui tibi bene vult ex animo. Bene vale. Meldis, Anno Domini 1524, die Augusti 24.

(*Inscriptio* :) Doctissimo piissimoque viro Ioanni Œcolampadio in Christo fratri¹³.

¹⁰ Voyez le N° 102, note 5.

¹¹ Nous ne savons s'il veut parler de *Carlstadt*, ou de *Thomas Münzer*, le chef de la secte des Anabaptistes, lequel vint en Suisse à cette époque, ou de *Conrad Grebel* de Zurich, le plus lettré de ses partisans.

¹² *Le Fèvre d'Étaples*.

¹³ Au-dessous de l'adresse Œcolampade a écrit: « Ger. Ruff. »

119

JEAN VAUGRIS ¹ à Farel, à Montbéliard.
De Bâle, 29 août 1524.

Inédite. Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

SOMMAIRE. Livraison d'argent au chevalier *Coct*. Envoi de deux ouvrages de Farel récemment imprimés. Projet de publier à Bâle une traduction française du *N. T.*

Guiliome, mon bon frère et amis, la grase et paix de Diu soy en vous!

J'ay resu vous lettres, [dans] lesquelles lètres vous fêtes mension que on délivre d'argent à Monsieur *le chevalier* ², le quel je lui ay fet delivrés 10 escus par les mein de mon oncle *Conrat* ³. Item j'ay fet relier vous li[v]res, car tout incontinant que on les at aporté, j'ay fet leis[s]er toutes autres choses, pour fères les wautres. Item je vous [les] envoie et les ay ballié au chevalier avèque 200 *Pater* ⁴ et 50 *Epistolæ* ⁵, més je ne say coman vous les vollés [l. voulez] vendre aut fère vendre. Je vandon la piessse des *Pater* 4 deniers de Basle à menu ⁶, més en gross, je les vandon, les 200, flor. 2, [ce] qui ne se monte pas tan; et les *Episto[la]*, deniers 6, qui se monte les 50 [à] flor. 1. més en gross je les ballie pour sous 13. Més ballié-les à quéque mersié, affin qui préne apitit de vendre des lires, et il se ferat de peu en peu et parellement il ganierat qu[é]que chose.

¹ Voyez le N° 109, note 9.

² Le chevalier *Anémond de Coct*.

³ *Conrad Resch*. Voyez la lettre de *Coct* datée de Bâle, le 2 septembre 1524, et l'apostille de Farel, à la suite de cette lettre.

⁴ C'était « l'Exposition familière de l'Oraison Dominicale et des articles du Credo » de Farel, dont l'impression venait d'être achevée. Voyez la Lettre de Farel aux Lecteurs, N° 107, note 1.

⁵ Que faut-il entendre par ces *Epistolæ* dont *Coct* parle aussi dans la lettre suivante, note 4? C'était probablement l'un des écrits que Farel composa à cette époque contre Érasme. (Voyez plus loin la lettre de Toussain du 2 septembre et les lettres d'Érasme du 6 septembre et du 27 octobre 1524.)

⁶ Vente au détail.

Item je vous prie, sil il estoy possible que on fit translaté *le No-viaux Testament*, selon la translation de *M. L.*⁷, à quéque home qui le sût buen fère, que se seroy un gran bien pour le país de *Franss et Burgone et Savoie*⁸, etc. Et se il fesoy beson [i. besoin] de aporté une lètre fransoyse⁹, je la feroy aporté de *Paris* ou de *Lion*¹⁰, et si nous en avon à *Balle* qui fût bone, tan miex vaudroy¹¹.

Item je part aujourdui de *Bassle* pour aller à *Franckffort*¹². A Basle, le 29 de Augusto 1524.

JO. VAUGRIS.

(*Suscription* :) A Guiliome Farel soy doné la présante.

120

ANÉMOND DE COCT à Farel, à Montbéliard.

De Bâle, 2 septembre (1524).

Inédite. Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

SOMMAIRE. Restez insensible aux moqueries d'*Érasme*, vous souvenant toujours de la patience de Christ et cherchant en Dieu votre force. *Wattenschnee* vous envoie 200 exemplaires de *l'Oraison Dominicale* et 50 *Épîtres*. *Conrad Resch* m'a prêté une partie de l'argent que vous aviez déposé chez lui. Le vicillard n'a pas voulu laisser

⁷ *Martin Luther*, dont la traduction allemande du Nouveau Testament avait paru en septembre 1522.

⁸ L'opinion qu'exprime ici Jean Vaugris prouve que le Nouveau Testament de Le Fèvre était peu connu hors de France. Farel s'était plaint à Le Fèvre de la diffusion trop restreinte de cet ouvrage (V. le N° 103 au commencement).

⁹ Des caractères typographiques français.

¹⁰ Il y avait dans ces deux villes des libraires bâlois.

¹¹ La traduction française du Nouveau Testament de Le Fèvre fut réimprimée à Bâle, l'année suivante. Sur le dernier feuillet de cette rare édition on voit un W avec les lettres I et S, le tout surmonté d'une double croix et de la devise: « Durum patientia frango. » (Brunet, op. cit. 5^e édit. t. V, colonne 748.) Nous croyons que ces lettres sont les initiales de « Jehan Wattenschnee, » l'oncle de Vaugris.

¹² Vaugris se rendait à Francfort pour la foire annuelle qui se tenait dans cette ville du 7 au 22 septembre.

imprimer *les Antechrists*. Une lettre de *vo*tre frère m'annonce que *Sebiville* est à son tour victime de l'irritation qui s'était d'abord tournée contre *Maigret* et contre moi. *Michel Bentin* voudrait fonder à *Bâle*, avec mon concours, une imprimerie où nous publierions les livres que j'aurais traduits en français. Pensez-vous qu'en France on soit disposé à soutenir notre entreprise? Pour moi je suis décidé à me consacrer tout entier à l'avancement du règne de Dieu. *Curion* consent enfin à imprimer l'ouvrage [de *Luther*] *dirigé contre l'Épiscopat*. Je vous envoie des livres et la *Lettre du duc Ulric* que j'ai traduite en français. — Apostille de Farel du 24 mars 1546, relative à la somme qui lui est due par les *héritiers d'Anémond de Coct*.

Gulielmo Farello Annemundus Coctus. Pacem et augmentum fidei in Christo!

Binas a te epistolas adcepi in quibus quædam de Ερ[ασμω] Ποτεροδ[αμω]. Quæso, ne his angaris culicum aculeolis ¹, siquidem graviora multo passus est Christus, corona gloriæ nostræ, qui, quum cruciaretur, non maledicebat aut comminabatur. Quid multa? Ego tibi persuadere conor quæ scio me præstare non posse. Cupio enim te, qui veluti signum sagittariis pluribus expositus es, esse sine nevo, nedum sine macula. Eia, ergo confortare et esto robustus in Domino, qui benedicat semini tuo. Amen!

Curavi *Vatenschne*² ut tibi CC^{aa} *Orationes*³ mitteret cum 50 *Epistolis*⁴: omnia in vase tuo invenies, precium quoque in *Conradi*⁵ ad te epistola, a quo et decem coronatos ex tuis adcepi⁶ dato illi meo c[h]irographo. Sane *Antichristos*⁷ noluit *Senex*⁸ excudi, at alio tempore poterunt. Adcepi ante horam a *fratre tuo*⁹ epistolam quam hic nulli manifestavi. *Conjicere potes ut post Macretum*¹⁰ et

¹ Il est probable qu'Érasme ménageait aussi peu *Farel* dans ses conversations que dans ses lettres (Voyez celles du 6 septembre et du 27 octobre 1524).

² Voyez le N° 109, note 9.

³ Voyez le N° 119, note 4.

⁴ Voyez le N° 119, note 5.

⁵ Conrad Resch, le libraire.

⁶ Voyez l'apostille de Farel à la fin de la présente lettre.

⁷ Ce mot figurait probablement sur le titre de l'un des pamphlets composés à cette époque par Farel. Voyez la lettre d'Érasme du 6 septembre et celle du 27 octobre 1524, notes 13 et 14.

⁸ Veut-il parler de *Resch* ou de *Wattenschnee*?

⁹ Farel avait quatre frères: *Daniel*, *Claude*, *Gauchier* et *Jean-Jacques*. C'est probablement avec Daniel que le chevalier Coct était en correspondance.

¹⁰ *Aimé Maigret*, qui avait prêché l'Évangile à Lyon et à Grenoble. (V. le N° 103, note 62, et la lettre du 23 janvier 1525.) Ce qu'Anémond de Coct dit de lui-même est expliqué dans le passage suivant d'une lettre que

me in Sebivillam ¹¹ exarserint ; at hæc reticenda arbitror, terrentur enim infirmi. In dies expecto a nostris ¹² literas per Joannem meum. Deus det dextræ suæ suppetias ¹³ ! Amen.

Scribit ad te Hieronimus ¹⁴ ; itidem pollicitus est Petrus Tossanus facere ¹⁵. Frater communis Michaël Bentinus ¹⁶ ad te scribit. Cæterùm, literis signatis, illi in mentem aliud venit consilium, quod, si probas, non improbo. Vult enim non a tot hominum nutu pendere, quodque tale sit negotium in quo ipse multum præstare possit. Cogitabat Tipographiam adoriri, me in vertendis gallicè libris comite. Ego, ut verum fatear, animo ad eam rem ita sum propenso, ut quod maxime velim id etiam me posse confidam. Opto enim Galliam evangelicis voluminibus abundare, siquidem illa sunt quæ de Iesu testimonium perhibent. Præterea, quum Vaugris Lugdunum ibit, scribam ad fratres, ut pecuniæ aliquid ad me mittant. Quidquid sum, habeo, ero, habebove, ad Dei gloriam insumere mens est. Tu iudicium tuum super his nobis scribito.

Præterea, si nobis subscribas, hoc etiam addito, scilicet, si nobis facultates usque adeò tenues sint, ut non commode prela multa erigere possimus, an censes inveniri posse Lugduni, Meldæ, aut alibi in Galliis, qui nos ad hæc juvare velint. Tu enim multa videris impetrare posse, potissimùm Gallis Verborum Dei sitientibus. Vidi enim quæ Stapulensis aliique ad te scripserint ¹⁷. Heri cum Michaële ¹⁸ simul persuasi Curioni ¹⁹, ut librum adversus fal. no. epi. or. [l. adversus falsò nominatum episcoporum ordinem ²⁰]

Myconius lui adressait en février ou en mars 1525 : « Quàm probè in patria tua egeris Ewangeliî causam, illud probat abundè quod inde ab Antichristi expulsus es ministris. »

¹¹ Voyez la lettre du 13 décembre 1523.

¹² Le chevalier parle sans doute ici des évangéliques du Dauphiné.

¹³ A cette époque l'œuvre d'évangélisation commencée dans le Dauphiné était violemment persécutée. V. la lettre de Sébiville du 28 décembre 1524.

¹⁴ Personnage inconnu.

¹⁵ Voyez la lettre suivante, écrite par Toussain le même jour.

¹⁶ Voyez le N° 103, note 37.

¹⁷ Voyez les lettres de Nicolas Le Sueur, de Le Fèvre et de Roussel (N° 102, 103 et 104).

¹⁸ Bentin.

¹⁹ Valentin Curion, imprimeur à Bâle.

²⁰ Ouvrage de Luther publié à Wittemberg, 1523, in-4°. (Panzer. Annales, IX, 84.) L'édition allemande avait paru en 1522, sous le titre suivant : « Wider den falsch genanten geistlichen stand desz Bapsts und der Bischöffen. » S. l. (Wittemberg), in-4°.

excudat. Tu si aliquos pro *Monpelgard[ensibus]* et *Burgund[is]* vis, scribito *Michaëli*; spero enim mille quingentos excudendos, cum adnotationibus hebraïcis. Mitto tibi *librum de instituendis ministris ecclesiæ*²¹, cum libro *de instituendis pueris*²², ligato et ligando. Salut te *Pellicanus*²³, cui dedi negocium compescendi suspicionem *viri illius Janum referentis*²⁴. Quæso ne cuiquam hæc præscripta aperias. Mihi nempe jucundum erit, si faveat Christus, in ejus negotio cum *Michaële* laborare. Dominus cum spiritu tuo ! Amen.

Salutat te hospes meus. Mitto tibi *Pasquillum* cum *Marforio*²⁵, inter libellos meos qui forte latebant, sed et alios duos codices, nigrum et rubeum, tibi notos. Vale in Domino, et saluta verbis meis christianissimum *equitem* nostrum *Nicolaum*²⁶. Basileæ, 2. Septembris.

Filius tuus humilis in Christo

ANNEMUNDUS COCTUS.

(P. S.) Verti in gallicum sermonem *Epistolam ad Bisuntinenses Illustriss. Principis*²⁷, magna cum festinatione. Proinde si quidpiam in ea errati deprehenderis, emendato. Scribas mihi gallicè, ut omnia secretiora sint, præter superscriptionem, ut sciri possit cui reddenda sit. et *Æcolampadio* mittito. Dominus tecum !

(*Inscriptio*.) Gulielmo Farello apud Montpelgard Evangelii ministro, suo in Christo majori.

²¹ Ouvrage de Luther. Voyez le N° 103, note 34.

²² C'est peut-être l'ouvrage de Zwingli cité N° 98, note 9, ou celui d'Érasme qui a pour titre : « De ratione studiorum et instituendi Liberos. »

²³ Voyez le N° 103, notes 2 et 42.

²⁴ « L'homme au double visage » est évidemment *Érasme*.

²⁵ Le livre dont parle Coct est intitulé comme suit : « *Pasquillus* Marranus exul, Lectori salutem. Vidisti sæpiuscule, lector, labores nostros quibus hactenus contra corruptos nostri ævi mores sudavimus. Nunc cognosce quid in novos illos Theologistas adultores ausi fuimus. Quidve, *Marforio* nostro auspice, obtinuerimus à Pontifice Ro.[mano]versa pagella, quæ sunt, ostendet. Lege et probabis. » On lit au verso : « Contenta. Epistola Pasquilli Romani ad Marforium Romanum. Responsio Marforii Romani ad Pasq.[uillum.] Supplicatio non minus lepida quam necessaria ejusdem Pasquilli ad S. D. N. papam. Decretum Papæ super supplicatione Pasq. Epistola Publii Maironis ad Alveldianum Franciscum Romanistam. » Le lieu d'impression et l'année ne sont pas indiqués. Cet ouvrage se compose de 10 ff. in-8°.

²⁶ Le chevalier *Nicolas d'Esch*.

²⁷ Voyez le N° 116.

(Au dessous de l'adresse on lit l'apostille suivante, écrite par Farel :)

« Literæ *Cocti* quibus scribit se accepisse 10. V. [1. coronatos.] Dedi autem illi mutuò non tantum decem, verùm quinquaginta, et circiter quinque dum curo ut *Laurentio Cocto*²⁸ mors *Annemondi* testetur (*sic*) juridicè per *Schaffusianos*²⁹. Ita fit ut debeantur quinquaginta quinque coronati. Recepit omnia se soluturum *Laurentius*; at nihil hactenus fecit. Admoneatur officii, ut pauperibus succurri possit ex hac pecunia, quibus sacram esse volo ex hac die, 24 Martii 1546.

FARELLUS.

Ex *Conrado Resch* Basiliensi doceri poterit, pecuniam hanc datam fuisse; nam is pene totam dedit mutuò ex mea quam apud se habebat. »

121

PIERRE TOUSSAIN ' à Farel, à Montbéliard.

De Bâle, 2 septembre 1524.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

SOMMAIRE. Bien loin de vous oublier, je prie Dieu chaque jour de bénir votre ministère. Vous faites preuve d'une sincère et prévoyante amitié en m'exhortant à persévérer dans l'étude des saintes lettres. Mes relations avec certains hommes plus soucieux de leur propre gloire que de la gloire de Christ et les sollicitations qu'on m'adresse de divers côtés, pour me détourner de l'*Évangile*, rendaient vos conseils très-opportuns. J'ai cru cependant devoir faire une concession à ma pauvre mère : j'ai quitté la maison d'*Ecolampade* pour aller vivre chez un prêtre qui ne partage pas mes convictions. *Lasme*, que j'ai visité une seule fois depuis votre départ, m'a fait appeler chez lui. Ses sentiments envers vous sont toujours les mêmes. Il possède le récit que vous avez rédigé de *votre commune entrevue* et se plaint de ce que vous préparez un nouveau livre contre lui. Il a reçu du pape une lettre flatteuse; et il a adressé au Dataire pontifical une réponse qui révèle clairement le caractère de

²⁸ L'un des frères du chevalier Anémond de Coct, dont l'on trouvera plus loin deux lettres adressées à Farel.

²⁹ Voyez la lettre du 11 février 1527, écrite à Farel par Jean de Steinwort.

¹ Voyez le N° 109, note 1.

l'homme. Ne vous enorgueillissez pas, mais soyez un dispensateur fidèle; édifiez sur le fondement solide.

Cariss. frater, spiritus Domini sit tecum!

Annemundus Coctus noster, serius quàm vellem, significavit mihi se habere ad te nuncium, quare paucis te obtundam. Nec est ut me amicorum oblivionis insimules, quòd *tuis literis*² hactenus non responderim, quæ mihi tam gratæ fuerunt quàm debent bene cupienti præcantique negotio Christi. Et testis est mihi Deus, quàm sollicitè te tuosque conatus Christo quotidianis precibus commendavi. Et *tibi gratias habeo*, mi frater, quòd me non minus amicè quam prudenter *horteris*, ne *cujus consilio terrore à sacrarum literarum lectione divellar*: quod est sane non solùm amicum præstare amicissimum, sed etiam strenuum et oculatum imperatorem, qui iis etiam animum facias, in acie versans, quos vel hostium impetu percultos, vel ad bellum minus idoneos arbitreris. Quod te scio facere studiosius, quòd non ignores vel cum iis aliquid esse mihi consuetudinis qui malint sibi, suæque gloriæ, quàm novo (ut vocant) Evangelio consultum³, vel me indes divexari legendis amicorum literis, qui me magno studio, vel potius stulto quodam zelo, ab instituto remorari nituntur, et ita sane ut, ad se revocare conantes, ferè me compulerint, vel hinc *Tigurum* migrare, vel *Wittembergam*⁴, ne non esset eis mecum justa expostulandi occasio. Sed video magis quid conducat, quàm quid liceat.

Nescio an legeris aliàs epistolas cujusdam mihi sanguinis vinculo juncti, hominìs, ne quod verum est dissimulem, de me bene meriti simul et antehac nominis mei amantissimi, cæterùm nunc me capitali odio prosequenti⁵. Is literis me semel atque iterum admonuerat, ut hinc migrarem *Lutetiam*, vel si liberet aliò, tantùm ne quid esset mihi cum *Lutheranis* commercii; et quoniam se majoris apud me loci existimabat, quàm ut jussis suis refragarer, mirum est, quàm iniquo animo tulerit sibi non obtemperatum, quantumque mihi invidiæ consiliarit (*sic*) apud meos, — adeò ut nefanda de me quædam *matri* persuaserit, viduæ pauperculæ et jam capulo proximæ. Nosti mulierum ingenia. Hæc statim persuasa literas ad

² Lettre perdue.

³ Allusion à *Érasme*. Voyez la note 7.

⁴ Toussain fit plus tard un séjour assez prolongé à Zurich; il visita ensuite les principales villes protestantes de l'Allemagne, entre autres Nuremberg, Wittemberg et Strasbourg.

⁵ Il parle très-probablement ici de son oncle *Nicolas Toussain* (V. p. 252).

me dedit plenas lachrymis, quibus maledicit et uberibus quæ me lactarunt, et genibus quæ me exceperunt. Cum videremus hunc morbum indies magis atque magis recrudescere, haud absque magna studiorum meorum jactura, visum est *Œcolampadio* consultum, si forte conscientis infirmis hoc pacto mederi posset, ut a se secederem⁶, partim ut studiorum meorum tranquillitati consulam, partim ne eos a me in totum alienam [l. alienem] quibus aliquid esse deferendum non ignoras, atque adeò in rebus haudquaquam ad Christianismum necessariis, et quos sperem aliquando, adjuvante Domino, ad Christum reduci posse. Itaque obtemperavi, licet invitus, *præceptoris* consilio, utorque domo cujusdam sacrificuli, et mirum est quàm male conveniamus, etiam inter pocula; nam alioqui nihil est mihi commercii cum homine, et magna tranquillitate Legi Dei advigilo. Faxit Christus ne in vanum omnino laborem!

*Erasmi domo uti potuissem*⁷, si me non indignum judicassem qui tanti hominis consuetudine fruerer. Is aliàs me accersivit, nam à tuo hinc abitu semel tantùm inviseram hominem, idque duce *Œcolampadio*. *Tibi favet ut nosti*⁸. *Dialogum tuum habet mutue confabulationis vestræ*⁹, et *conqueritur, te parturire nescio quid libelli adversus se*¹⁰. Literas accepit à *Pontifice*¹¹, et Erasmo et

⁶ De ce passage on peut inférer que pendant les premiers temps de son séjour à Bâle Toussain logeait chez Œcolampade.

⁷ *Érasme* avait ordinairement chez lui comme pensionnaires quelques jeunes gens instruits et de bonne famille, et nous savons qu'il témoignait à *Toussain* une bienveillance particulière, comme le prouve ce passage d'une lettre qu'il lui donna, le 2 octobre 1525, pour *Guillaume Budé*: « Hic *Petrus Tossanus* juvenis est honesto loco natus, indole felici et ingenio perquam liberali, summæque spei. Ardet amore Græcanicarum literarum... Scio tibi juvenis ingenium oppidò placiturum... » (*Erasmi Epp. Le Clerc*, p. 891.)

⁸ Appréciation ironique. Voyez plus loin les lettres d'*Érasme* du 6 septembre et du 27 octobre.

⁹ Il veut parler du récit que *Farel* avait rédigé de son entretien avec *Érasme* et qu'il avait envoyé à ses amis de *Constance*. Voyez les N^{os} 123 et 126.

¹⁰ Voyez le N^o 126, note 13.

¹¹ En dédiant à *Clément VII* sa *Paraphrase sur les Actes des Apôtres*, *Érasme* lui avait annoncé, le 13 février 1524, qu'il publierait prochainement contre *Luther* un livre intitulé: « *De libero arbitrio*. » (*Erasmi Epp. Le Clerc*, p. 784.) Nous voyons par sa lettre du 2 septembre suivant, adressée au cardinal d'*York*, qu'il fut très-satisfait de la réponse du Pape: « [Summus Pontifex], misso diplomate humanissimo, atque etiam ducentis florenis aureis, egit gratias pro inscriptione *Actorum*. » (*Le Clerc*, p. 810.)

Pontifice dignas, plenas munerum et benevolentiae. Rescripsit *Datarario*¹², ita ut ingenium hominis agnosceres, et verum esse quod Paulus ait : « Qui, cum se crederent sapientes, stulti facti sunt. » Item : « Elegisse Deum stulta hujus mundi, ut pudefaceret sapientes. »

De te habeo gratias Deo, quod per te dilectum Filium suum revelatum voluerit; sed ne efferaris animo, imò timeas, et fidelem agas dispensatorem, nec solùm earum rerum doceas contemptum quae parum habent momenti ad Christum, sed ita magis aedifices, ut possit opus tuum quamcumque procellarum injuriam contemnere. In summa tibi omnia felicia precor. Tu fac me precibus Christo commendes, quem velim intelligas, teste Domino, nihil aliud optare in hac lachrimarum valle, quàm ut Christi regnum quàm latissime pateat, ut omnes uno ore glorificent Deum per Jesum Christum, Dominum nostrum, qui sit cum spiritu tuo, ut ministerium tuum acceptum sit sanctis! Amen. *Desiderius*¹³ et *Bonifacius*¹⁴ te salutant. Vale. Basilee, ij Septembris 1524.

Servus et frater tuus

P. TOSSANUS.

(*Inscriptio* :) Guilielmo Farello, concionatori Montispelicardi, fratri et amico in Christo.

¹² *Jean Matthieu Gibert*, évêque de Vérone et dataire de Clément VII. Érasme lui écrivait le 2 septembre 1524 : « Mitto libellum *De libero arbitrio*... Non me fugit, quantum tempestatum excitarim in caput meum. Sed certum est omnia persequi potius quàm dare nomen *huic conjurationi*, in qua video multos tales, ut nec *Lutherus* eos ferat. Repererunt novum dogma, ut obistentes Evangelio (sic enim illi loquuntur) *furiosis ac mendacibus libellis, absque titulis aut falsis titulis*, obruant. Habent suos quosdam typographos, habent *distractores huic negotio devotos*. Jam aliquot tales libelli provolarunt in caput meum; exspecto quotidie plures. Admonui tamen *Senatum Argentinensem* et *Basiliensem*, ut horum sceleratam audaciam coerceant. *Uterque promisit se digna*. Minus illorum sicas metuo quàm libellos. . . . *Clemens* in diplomate suo pollicetur animum, quem nunc habet, constantem: *ego vicissim polliceor quicquid officii præstare potest addictissimus filius optimè merito patri*. » (Le Clerc, p. 811-812.) — Il est singulier que cette lettre, datée du même jour que celle de *Toussain*, soit parvenue à sa connaissance et qu'il ait cru pouvoir en communiquer le contenu à Farel, sans commettre une indiscrétion.

¹³ Voyez le N° 109, note 11.

¹⁴ *Boniface Wolhard*, qui était revenu de Montbéliard à Bâle.

122

ÉRASME DE ROTTERDAM à Théodoric Hesius.

De Bâle, 2 septembre 1524.

Erasmi Epistolæ. Éd. Le Clerc, p. 809.

SOMMAIRE. Progrès du *Luthéranisme* dans les pays voisins de la Suisse. Les *Allemands* sont dépassés par certains *Français*.

Erasmus Rot. Theodorico Hezio, S. D. N. Adriani dudum Secretario.

. . . . Favor *Lutheri* in dies latius serpit. Jam *Galli quidam* magis insaniunt quàm ulli *Germani*. Omnes habent in ore quinque verba : « Evangelium, verbum Dei, fidem, Christum et Spiritum. » Et tamen hic tales video multos, ut non dubitem quin agantur spiritu Satanæ. Utinam hic tumultus a *Luthero* excitatus, veluti violentum pharmacum, adferat nobis aliquid bonæ sanitatis !

LE MÊME à l'évêque de Rochester.

De Bâle, 4 septembre 1524.

Ibidem, p. 815.

. . . . Quum video quorundam malitiosos mores, qui nunquam non crepant nomen Evangelii, præsigit animus infelicem et cruentum exitum. *Factio crescit in dies latius, propagata in Sabaudiam*¹, *Lothoringiam*², *Franciam atque etiam Mediolanum*. Tumultuatur et *Burgundia nobis proxima*³ per *Phallicum*⁴ quendam Gallum, qui, è

¹ Voyez la lettre du 17 février 1525. Par le mot de *Savoie* on ne désignait pas seulement le duché de ce nom, mais encore Genève et le Pays de Vaud.

² Voyez le N° 112, note 6.

³ Le comté de Montbéliard.

⁴ Guillaume Farel.

Gallia profugus, huc se contulit, homo rabula, effreni tum lingua, tum calamo³. Cessit hinc. nec opinor rediturum, sic rem gessit. Ita quondam solent Evangelii pracones.

125

ÉRASME DE ROTTERDAM à Ph. Mélanchthon, à Wittemberg.
De Bâle, 6 septembre 1524.

Erasmi Epistolæ. Éd. Le Clerc, p. 818 et 819.

SOMMAIRE. Grièfs d'Érasme contre Farel et quelques autres membres du parti évangélique.

. . . . Nescio qualis sit vestra Ecclesia; certe hæc tales habet ut verear ne subvertant omnia, et huc adigant Principes ut vi coerceant simul et bonos et malos... An ideo depellimus dominos, pontifices et episcopos, ut feramus immitiores tyrannos, scabiosos *Othilones*¹ et *Phallicos* rabiosos? Nam hunc nuper nobis misit *Gallia*... Cum *Phallico*² fuit mihi congressiuncula perbrevis³. Ejus historiam scripsit *cuidam Constantiensi*⁴. Exemplum clam ad me perlatum est. Nihil vidi vanius, nihil gloriosius, nihil virulentius. Sunt ibi interdum decem versus in quibus ne syllaba quidem vera est.

Idem edidit *libellum de Parisiensibus et Pontifice*⁵. Quantum illic inficetiarum, quantum ineptæ virulentia, quàm multi nominatim traducti, et tamen ipse solus non apponit nomen suum! Idem, ut audio, auxit stolidum *Alberi Judicium*⁶, quod nondum videre licuit.

³ Nous avons vu plus haut (N° 99) que le secrétaire d'Érasme n'avait pas de Farel la même opinion que son maître

¹ Il veut parler d'*Othon Brunfels*. Voyez le N° 103, notes 29 et 30.

² C'est le nom dont Érasme se sert ordinairement pour désigner Farel.

³ Cette discussion, dont parle déjà Toussain, N° 121, est racontée en détail dans la lettre d'Érasme du 27 octobre suivant.

⁴ C'est probablement à *Ambroise Blaarer*, l'un des pasteurs évangéliques de Constance, que Farel avait adressé la relation de son entrevue avec Érasme.

⁵ Voyez le N° 103, notes 24 et 25.

⁶ *Judicium Erasmi Alberi* de Spongia Erasmi Roterod. adeoque quatenus

Visi sunt *Constantiæ* et alii duo libelli quos in me scripsit⁷. Et profitetur novum dogma, sic traducendos qui obsistunt Evangelio, inter quos me numerat, et *Balaam* passim appellat⁸ quod *Adrianus* Pontifex invitavit me ut mitterem consilium. Misi partem, sed displicuit⁹. Obtulit decanatum, simpliciter recusavi; voluit mittere pecuniam, rescripsi ne mitteret obolum. Sic sum *Balaamus*. Et qui tales sunt postulant ut, contemptis omnibus doctoribus, fidamus ipsorum spiritui, quum interim ipsi inter se non consentiant.

Qui possim mihi persuadere illos agi spiritu Christi, quorum mores tantum discrepant à doctrina Christi? Olim Evangelium ex ferocibus reddebat mites, ex rapacibus benignos, ex turbulentis pacificos, ex maledicis benedicos. Hi redduntur furiosi, rapiunt per fraudem aliena, concitant ubique tumultus, male dicunt etiam de bene merentibus. Novos hypocritas, novos tyrannos video, ac ne micam quidem Evangelici spiritus. Si *Luthero* essem addictissimus, magis etiam istos odissem quam nunc odi, ob Evangelium quod suis moribus reddunt invidiosum, ob bonas literas quas extinguunt¹⁰. . . .

illi conveniat cum M. Lutheri doctrina. Epistola Erasmi Roterod. ad Fabrum Const.[antiensem] Vicarium. Epistola M. Lutheri ad amicum piissima, de fucata Erasmi Spongia, deque Christi negotio syncerius tractando. » Cet opuscule commence ainsi : « Suo Theodorico concionatori Phrancophordiano Eras. Alberus Frater, non Lutheranus, sed eius quem docet Lutherus discipulus ex animo, S. D. » Il se compose de 8 feuillets in-8°, y compris le titre; il est sans date ni lieu d'impression, mais il a dû être imprimé à Strasbourg, chez Jean Schott, au printemps de l'année 1524, peu de temps après le livre de Brunfels cité dans le N° 103, note 30.

⁷ Ces deux pamphlets sont au nombre des ouvrages de Farel dont il ne reste aucune trace.

⁸ « Appellavit me *Balaam*; hac de causa cum illo [sc. *Farello*] expostulanti nihil certi respondit, sed sic elapsus est, ut diceret negotiatorem quendam *Dupletum* [scil. Antonium à Bletto] hoc dixisse; is enim jam abierat, et fieri potest ut dixerit, sed a *Pharello* doctus. » (Erasmi ep. ad fratres Germaniæ inferioris. Ed. Lond. p. 2128.)

⁹ Adrien VI écrivait à Érasme le 23 janvier 1523 : « Te in Domino hortamur . . . ut quantum tibi Dominus donaverit, nobis modum ac rationem aperire satagas, quibus tetrum hoc malum, dum adhuc medicabile est, de medio nationis nostræ auferri valeat . . . Celeritate propter commune periculum, secreto verò propter tuum, . . . opus est. » (Le Clerc, p. 744. La réponse d'Érasme au pape se trouve p. 745—748.)

¹⁰ *Glareanus* exprimait des sentiments semblables dans une lettre adressée de Bâle à *Myconius*, le 4 septembre 1524 : « De bonis literis promovendis tute ipse rectè scribis et *Lutherus nobiscum sentit*, sed homines imperiti

124

JACQUES [PAUVAN ¹] à Guillaume Farel, à Bâle.
(De Meaux), 5 octobre (1524).

Inédite. Autographe. Bibl. Publique de Genève. Vol. n° 112.

SOMMAIRE. *Le Fèvre. Roussel* et moi nous sommes affligés de votre long silence. Pressé par le temps je me borne à vous assurer de l'état prospère de tous les Chrétiens qui sont ici. *Caroli* prêche avec un courage toujours plus grand, au milieu des ennemis de la croix de Christ. *Roussel* vous demande s'il pourrait faire imprimer à Bâle un commentaire sur l'Épître aux Romains. Lui et *Le Fèvre* vous font saluer ainsi qu'*Ecolampade, Hujwald, Zwingli* et tous les fidèles de votre connaissance. Je suis maintenant ministre de la parole de Dieu. — (Note de *Farel* sur la constance que déploya *Pauvan* pendant son martyre).

Gratia et pax à Deo patre per Iesum Christum omnibus in Evangelii ministerio laborantibus! AMEN.

Ecquid valeas, mi Farelle, supramodum scire desidero, desideratque frater noster *Jacobus Faber* ², et maxime M. *Gerardus* ³, vir ille non lingua, non verbo, sed opere et veritate Christianus, propterea quòd tam diuturnum nobis facias silentium. O utinam, mi carissime frater, sepius scirem tuam et omnium fratrum qui apud vos sunt valetudinem! Quid enim, queso, jucundius, quidve optabilius esse potest fratribus inter se in Christo amanti, quàm creberrimè, de omnibus quæ circa fidem et proximi edificationem faciunt, scribere et audire? Velim sanè ut jam mihi plus temporis foret, quò te possem omnia quæ apud nos fiunt de omnibus com-

nunc utique obstrepunt . . . Hoc unum scio, a nemine nunc et literas et *Erangelium* magis impediri, quàm ab iis qui utrumque devorasse videri volunt. Adeò nunc occulta *Sophistica* oritur, ut illa altera ludus præ illa iudicari queat. Nec tamen licet conqueri. Nam *nolite tangere Christos meos, vetus olim, nunc nova illis cantilena est.* » (Collection Simler à Zurich.)

¹ *Jacques Pauvan* (en latin *Jacobus Pavanus*), natif de Picardie. « Jeune homme, mais lettré et de grande sincérité, » il « avoit aussi esté attiré à Meaux par l'Évesque. » (Bèze. H. st. ecclés. I, 6.)

² Le Fèvre d'Étaples.

³ Roussel.

memorare. Verùm ne licet quidem, ob regressum nuncii plus satis repentinum. Interim tamen hoc unum *de rebus nostris* accipe.

*Omnes quotquot hic sunt Christiani*⁴ recte valent. Verùm M. N. Carolus⁵, frater noster in Christo charissimus, *Parrisii* agens, *predicat assidue*; et, licet sit in medio nationis pravæ ac tortuosæ, inter cornutos, ut dixerim, Theologos, non ob id ex verbo Dei succumbit, propterea quòd in ipso potentior sit quàm omnes inimici crucis Christi, qui sunt omnes inepti *M.[agistri] nostri*, qui tamen (gratia Dei) nec valent, nec possunt ei quicquam (*sic*) nocere⁶. Quapropter ipse magis ac magis sese animat et durat in verbo Christi. Det Dominus Deus, ut hic et in omnibus mundi partibus verbum Evangelii regnare possit! Amen.

Ceterùm, mi Farelle, M. *Gerardus* te diligenter salutant (*sic*); rogat ut illi proximè scribas an posset typographis qui apud vos

⁴ Pauvan avait d'abord écrit : « quotquot hic nosti Christiani. »

⁵ *Pierre Caroli*. Voyez le N° 103, notes 56 et 57.

⁶ Depuis la rétractation qu'il avait faite vers le commencement de juillet (V. le N° 104, p. 235), *Caroli* avait continué ses prédications dans l'église de St.-Paul, à Paris. Le 5 août suivant, il fut cité à paraître devant la Sorbonne, pour rendre compte de « cette nouvelle manière de prêcher, » qui substituait au prône accoutumé une lecture du Nouveau Testament en langue vulgaire, accompagnée d'explications anti-catholiques. Le docteur en théologie connaissait les formes de la procédure universitaire; il usa si bien des appels et des récusations, que son procès dura plus d'une année.

On lit dans le registre des arrêts de la Sorbonne à la date du 1^{er} octobre 1524 : « Querimoniam fecerunt quidam ex Magistris de præfato *Caroli*, dicentes quòd male ædificaret populum; nam et doctoribus et baccalariis indiscretè detrahebat, et, ut dicebant, scandalisabat auditorium. . . » Et plus loin : « Die . . . sabbato, octavo ejusdem mensis *Octobris*, sedente Facultate, et repetitis præscriptis querimoniis, auditaque lectura articulorum de secundis Responsionibus dicti *Caroli* excerptorum, quoniam male videbantur sonare, cum propter hæc requisivisset Syndicus, judicio Facultatis eidem *Caroli* *inhibendum, ne ulterius prædicaret, præsertim in Diocesi Parisiensi, ubi curam non habet, sed gratis se ingerit, ut dicitur, à factione Lutheranorum conductus, . . .* diffinitum est, quòd moneretur abstinere à prædicationibus, quousque aliter esset determinatum; aliàs procederet Facultas contra eum, ut juris esset. . . » Cet arrêt lui fut signifié le lendemain, à l'issue de sa prédication dans l'église de St.-Gervais: Une troisième admonestation, que la Faculté lui adressa le 11 octobre, ne l'empêcha pas de remonter en chaire le 28 du même mois. (Voyez « *Errores Magistri nostri Caroli, et Processus et Privatio ejusdem, »* dans le manuscrit de la Bibl. Impériale qui est intitulé : « *Liber secundus registri Determinationum Facultatis Theologiae Scholæ Parisiensis, ab anno 1524, et durans usque ad annum 1531.* » Manuscrits latins, n° 3381. B, folios 25—40.)

degunt mittere *commentaria* quedam *in epist. ad Ro.*[*manos*] *excusenda*. Nam et ipse in legendo hanc Pauli epistolam assiduus est ⁷, qui profectò hac in re quàm fidelis sit Christi minister facile dignoscitur. Tu ergo super his verbis per illius nuncii reditum scribes.

Excusatum habeas, precor, Dominum *Fabrum*, fratrem nostrum in Christo obsequiosissimum, qui reverà detentus aliquo domino scribere non valuit; ille ideo jussit, ut suo nomine te et omnes Christianos his in literis salutarem. Optat, mi Farelle, noster ille *Faber*, ut ad nos quàm brevissime [pote]ris scribas an Biblia à *M.*[*artino*] *L.*[*uthero*] sint castigata et in lucem [edi]ta ⁸. His bene vale in Christo.

[Rogan]t te *M. J. Faber* et *M. Gerardus*, ut diligentissime salutes [evange]licos viros omnes, *OEcolumpadium* imprimis, *Hugaldum*, *Zinglium* et [*Pelycanu*]m et ceteros quos nosti fideles. Vale. v^o die octobris (1524).

JACOBUS tuus frater in Christo charissimus.

(P. S.) Si queras quid faciam, minister sum in verbo Dei minime idoneus ⁹.

(*Inscriptio* :) Ornatissimo viro M. Guilermo Farello, apud *OEcolumpadium* agenti, Basilee ¹⁰.

(On lit au-dessous cette note ancienne : « *Parant*, » à côté de laquelle Farel a écrit les lignes suivantes : « *Jacobus Pauvan*, qui tandem pro evangelio constantissime ignem pertulit ¹¹. De quo di-

⁷ Voyez le N^o 104, note 28.

⁸ Pauvan se méprenait sans doute sur la nature du travail entrepris par Luther. Sa traduction allemande du N. T. avait paru en septembre 1522. Celle de l'A. T. ne fut publiée qu'en partie pendant les années 1523 et 1524.

⁹ Il paraît que *Pauvan* fut d'abord instituteur à Meaux, car c'est bien de lui que veut parler Crespin, quand il fait mention du martyr « d'un jeune régent qu'on nommoit vulgairement *M. Jaques*. » (Op. cit. fol. 168 b.)

¹⁰ Pauvan ignorait que depuis près de trois mois Farel avait quitté Bâle.

¹¹ « Estant emprisonné [il] fut tellement persuadé par *Martial* [*Mazurier*], qu'il feît amande honorable le lendemain de Noël [1524]. De quoy se repentant puis après avec grans regrets et souspirs, il fut rempoigné, et comme relaps bruslé vif à Paris en la place de Grève, l'an 1525, avec une singulière constance. » (Bèze. Hist. ecclés. I, 6. Voyez aussi Crespin, op. cit. livre II, fol. 92 b, et Bezzæ Icones. — Le *Journal d'un bourgeois de Paris* (p. 291) parle d'un « jeune filz, *escolier bénéficié*, non aiant encore ses ordres de prestrise, nommé maistre. . . ., natif de Théronne en Picardie, » qui fit ab-

« cebat à *Cornibus* : Satius fuisset datam fuisse et insumptam myriadem plusquam sexcentum myriadam quàm palam mortuum; nam à morte ejus tot adhæserunt ejus sententiæ, ut avelli non possint ¹². »)

125

ANTOINE PAPILION ' à Zwingli, à Zurich.

De Lyon, 7 octobre 1524.

Autographe. Archives de Zurich. Zuinglii Opp. VII, 358.

SOMMAIRE. Votre lettre qu'Antoine Du Blet m'a remise, à son retour de Zurich, m'a fait connaître l'heureux changement opéré dans les mœurs des Zurichois par la prédication de l'Évangile, et qui forme un si frappant contraste avec l'état religieux de la France. Avec ce grand nombre d'universités, de monastères, d'églises et d'images, avec nos superstitions de tout genre, nous n'en demeurons pas moins exclus du royaume de Dieu. Les satellites de l'idole romaine en France sont si puissants et si rusés, que le rétablissement de l'Évangile au milieu de nous ne peut plus être l'affaire des hommes. Le nombre des croyants grandit néanmoins chaque jour : ils saisissent toutes les occasions de propager l'incendie. Le Roi, doué d'un jugement très-sain, mais accablé d'affaires, se plie aux circonstances, et il cède parfois à la tyrannie de Behémoth [la cour de Rome]. Si j'avais quelque influence sur ses décisions,

juration de ses erreurs anti-catholiques, la veille de Noël 1525, et qui périt sur le bûcher à Paris, « le mardi 28^e d'aoust 1526. » Ce martyr ne serait-il point Jacques Pauvan? En tout cas Bèze et Crespin se trompent quand ils placent l'abjuration de Pauvan au 26 décembre 1524 et son martyre en 1525, puisqu'on lit à la fin des articles dressés contre Pauvan et Saunier par la Sorbonne : « Acta fuerunt hæc in nostra congregatione super hoc specialiter convocata in collegio Sorbonæ, anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quinto, die verò nonâ mensis Decembris. » (Voy. Gerdesius. Hist. Reformationis, t. IV. Pièces justificatives, p. 47.)

¹² Ces mêmes paroles de Pierre Cornu, théologien de Paris, furent citées par Farel dans la dispute de Lausanne : « Nous n'avons garde de parler comme ce Raby qui disoit « qu'il voudroit avoir coûté à l'Église un million d'or, et que l'on n'eût jamais laissé parler Jaques Pavant devant le peuple. » Votre foi, ajoutait Farel, est-elle si bien fondée qu'un jeune fils, qui encore n'avoit point de barbe, vous ait fait tant de dommage, sans avoir tant étudié ne veu, sans avoir aucun degré, et vous étiez tant? » (Ruchat, op. cit. IV. 318.)

¹ Voyez sur Papilion la lettre de Sébiville du 28 décembre suivant.

il prendrait Jésus-Christ pour seul guide et affronterait les abîmes de la mer, sans s'inquiéter de Pharaon. J'espère que le Seigneur achèvera l'œuvre qu'il a commencée en lui, car sa mère est animée d'excellents sentiments, et sa sœur, la duchesse d'Alençon, ne vit que pour Dieu.

